

EPIGRAMMA AD DN. FELICEM HOFF-
MEISTERUM TIGURINUM, SS. THEOLO-
giæ studiosum.




*Felix es FELIX, qui cognitione sacrae
Doctrinae imbutus fovea mysteria queris,
Non ulli explorata satis, magis illa stupenda.
Tu quid ab aeterno decreverit auctor olympi
De genere humano studiosè inquiris, & omni*

*Ut careas errore sequi vestigia sanctæ
Scripturæ (summi quæ sunt oracula foveæ)
Fontis inexhausti placuit, quæ regula veri est.
Cur alios reprobos, alios (mirabile dictu)
Electos voluit Deus, aut cur non simul omnes
Viventes sub sole frui vult munere regni
Perpetui? Quia sic placuit, responsio vera est.
Sed cur sic placuit? querendo assurgere noli,
Namq; voluntatis satis est mysteria nôsse,
Causam linque Deo, cujus sapientia summa est.
Dic mihi, cur aliud figulus vas fingit honoris,
Dedecorisq; aliud? stat pro ratione voluntas.
Divina est omni major ratione voluntas.
Unde mea potero sed certior esse salutis?
Scilicet id fructus quos fert Electio monstrant.
Quos Deus elegit, vocat hos in tempore, justos
Quos vocat ipse facit, multoq; coronat honore.
Intra cor descende tuum, fiducia num sit
In Christo expende, & studium pietatis an adsit
Explora, quæ si fuerint, tenuerit a certa,
Quæd sis electus, tua pectora confirmabunt.
Ringeris, ô hostis veri, prævisaq; jactas
Aut opera, aut aliud quod sit sublimius illis,
Nempe fidem? quasi sit nostrâ virtute coactus,
Ut nos eligeret liber qui cuncta gubernat.*

Quin potius mirare Dei inscrutabile nostri
Decretum & remove vanas e pectore curas.
Nil fuit in nobis caelesti lumine dignum
Quo delectari potuisset Rector olympi.
Gratia magna Dei est quam nos agnoscere par est,
A cuius solo manant bona cuncta favore.

M. Henricus Gutberleth εν τῷ παρ-
ρητικῷ faciebat.





the scale towards document



N. FELICEM HOFF-
INUM, SS. THEOLO-
osum.

*cognitione sacra
ve mysteria quaris,
tis, magis illa stupenda.
creverit autor olympi
udiosè inquiris, & omni
a
(fove)
e veri est.
ctu)
ul omnes
gni
vera est.
ere noli,
nòsse,
a summa est.
e honoris,
voluntas.
nt as.
utis?
onstrant.
ore, justos
at honore.
n sit
atis an adfit
erta,
abunt.
es
us illis,
ute coactus,
ernat.*